



Beilage.

Diploma über die Juristische Doctor-Würde

des *Nic. Henelii.*



Ex Originali.

Universis praesentes Lras inspecturis Joannes Ma-
thaeus Magnus Rector et Antecessores Almae
Universitatis venerabilis, famosi, ac fructiferi Stu-
dii Aurelianensis in utroque Jure ordinarie regentes
Salutem in Domino. Cum universi fidei Catholicae
cultores, tam naturali aequitate, quam divinae le-
gis praecepto ad fidele testimonium veritati perhiben-
dum sint adstricti, multo magis congruit, ut viri con-
sulti Juris utriusque professores veritatem in omnibus
scrutantes, et in ea alios instruentes et informantes,
nunquam nec amore, vel favore, aut alia qua-
vis occasione vel causa devient aut declinent a veri-
tatis et rationis recto tramite: Ea propter Nos in
hac parte veritati testimonium perhibere cupientes, Ex-
plorata et plane perspecta utriusque Juris peritia Dile-
cti nostri Clarissimi viri Nicolai Henelii Neostadien-
sis

sis